Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bat illos et ysurgens diluculo offerebat holocausta p singulos. T.
Vtinam appenderetur peccata mea quibus irascor merui. et calamitas quam
patior in statera. V. Quasi harena maris hec grauior apparet
uondus et uerba mea plena sunt dolore. et cala: L. Quadam autem
die cum uenissent filii dei ut assisterent coram domino adfuit inter
eos etiam sathan. Cui dixit dns. Unde uenis. Qui respondens
ait. Circuiui terram et pambulauiet eam. T. R. Quare detraxisti
me moribus veritatis ad increpandum uerba ipsorum et subuertere
intimum amicum uestrum. Veruntamen que cogitatis explete. V. Militia
est uita hominis super terram et sicut dies mercenarii dies eius. Veruntamen
Dixitque dns ad sathan. Nunquid considerasti seruum meum iob quod
sit ei similis in terra homo simplex et rectus ac timens deum et recedens a
malo. T. R. Memento mei deus quia ventus est uita mea. Nec aspiciet
me uisus hominis. V. De profundis clamaui ad te domine domine audi uocem
meam. Nec. L. Qui respondens sathan ait. Nunquid iob frustra timet deum. Nonne tu uallasti eum et domum eius uniuersamque
substantiam eius per circuitum. Opibus manuum eius benedixisti. et possessio
eius crescit in terra. T. R. Nunquid dns supplantat iudicium aut ops sub
uertit quod iustum est libera me domine et pone me iuxta te. et cuiuis
manus pugnet contra me. V. Apprehende arma et scutum. et exurge. R. Nunquid
Nocte os meum perforatur doloribus et quiescere non dormiunt a multitudine
doloris eorum consumpta sunt uestimenta mea. Compacta sunt luto et assimilata
sunt fauille et cineri. V. Custos hominum quare me posuisti contrarium tibi
et factus sum mihi metipsi grauis. pre multitudine doloris mei. Compacta. R. Ne abscondas me domine a facie tua manum
tuam longe fac a me. et formido tua non me terreat. V. Voca me
et ego respondebo tibi aut certe loquar et tu responde mihi. et for:
R. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me et abscondas me
donec pertranseat furor tuus domine. Nisi tu es deus et constituas tempus
in quo recordaris mei. V. Nunquid sicut hominis dies tui ut quaeras